



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimæ, ad Dominicam SS. Trinitatis

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Quàm verè autem unusquisque sibi possit illud Christi applicare. Vsque
modo non petistis quidquam, patet ex ipsa Oratione Dominica, cuius
septem petitionibus cùm septem opponantur vitia, quæ dicuntur ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-44214

nihil ita petitur, quod non obtineatur; Secundum propositum eius qui operatur omnia, secundum consilium voluntatis suae ut simus in laudem gloriae eius, nos qui ante speravimus in Christo. Sic opportunè Apostolus, qui sic obtinuit quod petebat, licet negatum fuerit, neque enim aliter petebat quam secundum illud divinae voluntatis consilium, quod tale erat, ut pateretur angelum Satanæ. Sic ipse Christus Dominus exauditus est pro sua reverentia, licet Calicè biberit què nãsire petebat quia nõ aliter petebat quã prout vellet Deus, Nõ mea voluntas, inquit, sed tua fiat. Itane oras?

Luc. 22. Pensate, inquit S. Gregorius, petitiones vestras, videte si in nomine Iesu petitis, id est si gaudia salutis aeternae postulatis. In domo enim Iesu Iesum non quæritis, si in aeternitatis templo importunè pro temporalibus oratis. Expende illud importunè, quod vitiosum esse potest in modo & fine. In modo quidem, si nimis avidè temporalia peterentur: in fine verò, si ex affectu ipsorum temporalium minime ordinato ad salutem: unde S. Jacobus, petitis & non accipitis, eò quod male petatis, ut in concupiscentiis vestris insumatis; id est, ut sic concupiscentiæ satisfaciatis. Quo in sensu apud Cassianum hæc sunt egregiè dicta: Nihil caducum vult à se, nihil vile, nihil temporale aeternitatem Conditor implorari. Itaque magnificentia ejus ac munificentia maximam irrogabit injuriam, quisquis sempiternis petitionibus prætermisissis, transitorium aliquod & caducum ab eo maluerit postulare; & offensam potius quàm propitiationem Iudicis sui, vilitate orationis incurret. S. C.

In Ps. 34. S. Augustinus: si illa petieris, injuriam facies illi, & damnum tibi, proponendo illi quod fecit, cum vultis ipsum dare qui fecit. In hoc amore dixit illi anima quaedam: Nunquid ipse es pars mea Domine? Eligant sibi qui volunt quid possideant, faciant sibi partes de rebus: pars mea tu es, te mihi elegi. Et iterum; Dominus pars hereditatis meae: possideat te ut possideas illum: eris pradium ipsius, eris domus ipsius: possidet & possidet ut profit, Nunquid ut aliquid ei tu ei proffis? nam dixi Dominus: Deus meus est tu, quoniam bonorum meorum non egēs.

Hæc etiam spectant hæc consequentes Veritates.

Discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.

In 1. parte, in die Circumcisionis, ex 2. Tim. 2.

Si quid petieris Patrem, &c.

Sensitivæ Devotionis subtractio, veræ & solidæ Devotionis est probatio.

In 1. parte, Die 12. Januarii.

Sicut in adversis, ita & in prosperis invocandus est Dominus.

In 1. parte, Dominica 2. post Epiph. Vbi ad nuptias vocatus est Iesus.

Si ad humanam gratiam divina postulas, divinam ipsam repellis gratiam.

In 1. parte, Feria 2. hebdom. 2. post Epiph. Vbi de Nazarenis miracula petentibus.

Nulla in adversis conquerendi est ratio, aut nulla erit conquerentis oratio.

In hac 2. parte, Sabbato post Sexagesimam, Ad ipsa Evangelii hodierni verba iam supra exposita.

Si ordinatis ad salutem mediis non uteris, Mediatore Christo abuteris.

In 2. parte, Sabbato post Cineres.

Qua ratione terrena tantum & non cœlestia desideras, eadem necesse est, ut cœlestia tantum, & non terrena desideres.

In 2. parte, Feria 3. hebdomada sequentis.

Eiranti in dubiis, & non oranti, nulla est errorum excusatio.

In 2. parte, Feria 6. post Octavam Ascensionis. Vide ibi & sequens Sabbatum: Necnon Feriam 4. Pentecostes, de consulendo Deo.

De septem verò petitionibus orationis Dominicæ quibus septem opponuntur vicia capitalia: Tota est in eis declarandis hebdomada 6. per singulas Ferias, in 3. parte. Quæ omnia sic in unum conflari possunt, ut demonstretur usque modo non petisse quidquam eos, qui suis pravis desideriis seu vitiis reprimendis non vacant. Sibi enim contradicunt & obstant in orando. Unde hæc ad fructuosam praxim formatur veritas:

Qui sibi non contradicit in suis malis desideriis: sibi contradicit in bonis.

RATIO EST; Quia ille sibi contradicit in bonis suis desideriis, qui sibi Dominicam oranti orationem contradicit.

Sed qui sibi non contradicit in suis malis desideriis, ille sibi Dominicam oranti orationem contradicit. Erge

Ergo & sibi contradicit in suis bonis desideriis; ac proinde nihil obtinet, nihil oras, nihil quidquam petit: simulator est, hypocrita est, ex illis unus est, de quo bene Iſaias, & Christus Dominus. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me.

vacant, quod idem est ac dicere, qui sic affecti sunt ut pro libito suo suis se sinant vitiis, juxta proprias concupiscentias ambulantes. O quam multi sic ambulant, quos deplorat Apostolus, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.

2. Pet. 3.

Philipp. 3.

I. PUNCTUM.

PRIMA propositio tam certa est, quam verè S. Cyprianus de singulis orationis Dominicæ petitionibus scripsit. Hæc ubi petierimus à Deo, nihil remanet quod ultra debeat postulari. Hoc enim est aperte dicere, nullum esse bonum desiderium, seu nullum esse bonum desiderandum ac perendum, quod illis septem petitionibus non contineatur, ac propterea, qui sibi talem oranti orationem contradicit, sibi manifestè contradicit & repugnet, in suis bonis desideriis. Labia dolosa in corde & corde locuti sunt, ait Psaltes: Contra verò Moſes, Iuſſe quod iustum est persequeris. Id est, cave ne dum iusta injustè prosequeris, tibi contradicas & obſtes. Unde & Sapientis, Qui custodierint iusta iuste, iustificabuntur, quati diceret, Illi decimum habebuntur iusti & integri, qui suis in bonis operibus sibi cohærebunt, sibi consentient; non autem illi qui sibi metipsis contradicunt, dum ore aliud & corde aliud proficiuntur. Va duplici corde, & labiis sceleratis!

Tertium est, talem virtum sibi oranti orationem Dominicam contradicere & repugnare, quia volendo septem illa vitia, vel unum ex his aliquod, voluntatem habet oppositam septem illius orationis petitionibus, aut earum uni vel alteri, prout magis aut minus pravè affectam gerit voluntatem. Sicut enim vitia virtutibus suis contrariis opponuntur, ita & oppouuntur Dominicis illis, quas S. Chrysostomus vocat, sententiis, nos communiore vocabulo, petitionibus, quæ septem singulæ, septem virtutes includunt, planè & directè pugnant cum totidem vitiis capitalibus sat ex se notis.

Hæc essent declaranda sigillatim, sed quia longiùs traheretur oratio, viderique possunt, quæ suo designato loco reservantur uberius explananda, sic in pauca contrahuntur. Prima petitioni respondet Humilitas, superbiæ seu vanitati repugnans. Secundæ, Liberalitas seu quæ vis alia virtus, avaritiæ contraria. Tertiæ, Mansuetudo iræ opposita. Quartæ, Temperantia gula contraria. Quintæ, Charitas invidia adversaria. Sextæ, Castitas inimica Luxuriæ. Septimæ, Diligentia sive devota sedulitas contra pigritiam aut acediam.

Quibus ita manifestè propositis, jam accedat vitiosus ad orandum, jam effundat orationem Dominicam, jam pronuntiet quod à Patre nostro cælesti petendum Filius docuit: volvat illud & revolvat quantum volet, nihil dicit, nihil nisi sibi met contradicit.

Nescitis quid petatis, dicebat Dominus duobus illis Discipulis, qui primas ambiabant sedes in ipsius regno: nam si scivissent quanam essent illæ sedes, & quid esset esse primum in regno Christi, nunquam illo postulassent animo talem primatum, Prima sedes in regno Christi est humilitas, humiliatio, contemptus sui, contemptus mundi; qui voluit major esse, sit omnium minor, sit minister & servus omnium, ait Rex noster; ac certè hoc non petebant qui de primis contendebant sedibus, imò planè oppositum, quale sibi fingit

Matth. 23

Ibid.

Luc. 223

1f. 29. Matth. 15.

Tr. de Orat. Dom.

Ps. 11.

Deut. 16.

Sap. 6.

Ecclesi. 2.

II. PUNCTUM.

SED qui sibi non contradicit in suis malis desideriis, ille sibi Dominicam oranti orationem contradicit.

Tria sunt licenodanda. Primum est, quòd quæcumq; sint mala desideria seu vitia, referuntur ad illa septem quæ dicuntur capitalia, ut expressè docet Divus Thomas, tum auctoritate S. Gregorii, tum ratione quam fusè prosequitur, quòd videlicet finalis causa tot sint nec plures principales & primariæ rationes movendi appetitum. Videri potest S. Doctor.

Secundum est, quod qui sibi non contradicit suis in malis desideriis seu vitiis, censetur ea velle, non tantum quòd illis actu consentit, sed quòd iam voluntatem servat illis consentiendi quoties libuerit, quod est habitum vitiosum esse, quo in statu sunt pene omnes, qui suis malis desideriis reprimendis non

1. 2. q. 84. a. 4. L. 31. Mor. 6. 31.

appetitus, cum ambit eminentiores gradus & primas cathedras; unde sibi totis repugnabāt, nam petebant præesse simul & subesse cæteris: præesse quidem, prout ambitione movebantur; subesse verò, prout Christus statuerat primos sui regni fore demissiores; quæ quàm essent pugnantia & contradicentia quis non videt?

De. 17.
Ez. 20.

Sic tu planè peccator, sic tu quisquis superbus oras *sanctificari nomen Dei*: vel omnino necis quid ores, vel superbiam deponas necesse est, & veram induas humilitatem, vel tibi prorsus contradicis. Nam idem est sanctificari ac celebrari; unde dicitur *sanctificate Sabbatum*, id est, celebrate seu celebrem & festum diem habetote: Quid est autem celebrari nomen Dei? quid est ante omnia primum hoc postulare, nisi sigillatim unumquemque profiteri se nihil desiderare vehementius, quàm ut Deus in his omnibus quæ nos spectant, agnoscat Author & promotor: illi uni gloria deferatur, non nobis Pater, non nobis, sed nomini tuo da gloriam: tu enim bonorum es author omnium; unde si soli bono debetur gloria, tibi uni debetur qui solus es bonus, & a te omne est bonum, omne laude dignum & gloria; quod verò nostrum est, sola est infirmitas, solum peccatum, sola malitia. *Tibi Domine iustitia, nobis autem confusio faciei.*

Dan. 9.

Hoc est sanctificari, hoc est celebrari & glorificari nomen Dei, nec planè aliter. Unde Divus Chrylostomus, *digna prorsus oratio eo qui Deum patrem appellavit, nihil omnino prius quàm pro illius gloria supplicare: iuxta illud scilicet Domini, sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in calis est.*

Itane verò superbus hoc primum & vehementius velit? itane velit de se nihil ut boni cogitetur? nihil reddatur gloriae, nihil commendetur, nihil celebretur, non scientia, non nobilitas, non divitiæ, non peritia; non pulchritudo, non vestes, non capilli, non quid quid gloriosum apparet, nihil horum in se spectetur? Deo, cuius est totum, totum defertur, nihil sibi præter suum nihilum & peccatū suum, cui non gloria, sed confusio reddenda est? Itane superbus hoc de se dicat & sentiat, quod revera dicendum esset vel tacitè sentiendum, si verè primum & vehementius peteret Dei nomen celebrari? Vel non esset superbus si hoc sentiret, vel nisi hoc sentiat, su-

perbus est; & quamdiu superbus est, tam alienus est ab illa mente, quæ prima petitio debet fieri, quàm aliena est ab humilitate superbia; tantumque sibi contradicit, quantum qui volebant primos gradus in regno Christi, & qui petebant primas sedes.

Sic avarus qui petit *ut adveniat regnū Dei*, nihil minus petit, nihil magis timeret. Nā cum terrenis bonis suis sit valde affixus, & nova in dies congerenda & cumulanda cogitet, nihil magis timeret quàm mortem, nihil magis optat quàm longævam, & si fieri posset, perpetuam vitam. Perere autem ut adveniat regnū Dei, & simul petere diuturnum vitæ tempus, ita sunt sibi opposita, sicut mors & vita. Nam ut adveniat regnū Dei, regnū celeste, regnū illud beatitudinis sempiternæ, necessum est omnino mori, & tamen si desiderium mortis expressum non exigatur ad hoc ritè postulandum, debet tamen paratus esse animus, aut profectò non debet ita esse aversus & alienus, qualis est avari animus, qui dum nihil magis timeret quàm mori, nihil minus perit quam quod petit regnū Dei. *O Mors quàm Eccles. 4. amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis, viro quieto. & cuius via directæ sunt in omnibus: Id est, qui sibi sic providit in omnibus quæ sunt vitæ propagandæ: opportuna, ut nihil timeat nisi mortem.*

Hoc idem de iracundo, de gulofo, cæterisque notato vitiis, probarum habes in memorato tertio Partis loco. Sicut enim nulla remagis nota fit voluntas Dei, quàm quæ necessitate aliqua implicatur, sic iracundus, qui orat ut voluntas Dei fiat, nihil magis alienum in animo versat. Quid est enim unde magis irascitur & excandescit, nisi quia non potest quod velleat & unde illud non potest, nisi ex voluntate Dei, quæ tantò illi manifestius innotescit, quantò illud, quod magis velleat, minus potest? Unde in libro Iob rectè describitur: *Totendit adversus Deum manum suam, & Iob 15. contra Omnipotentem roboratus est; cucurrit adversus eum erecto collo, & pingui cervice armatus est.*

Cum verò gulae addictus panem à Deo petit: quæ ro, an à solo expectat Deo quod petit, an ab alio? si ab alio, non levem Deo facit injuriam, qui quod minoris ducit, nempe panem, à solo expectet Deo: quod autè in majoribus habet delictis, aliunde sibi procurat. Quod si suas simul delicias & lautiores cibos à Deo postulet,

postulet, nonne hoc rursus est injuriosum Deo, sic ab eo postulare, quod gula suae seruiat, quod peccati fomitem subministrat, quod divinam incurrat offensam? *Adhuc eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.*

Quid porro petit invidus, quid acceptae memor injuriae, quid ultionis appetens, quando sua sibi petit dimitti debita, si cut dimittit debitoribus suis? An revera desiderat sibi remitti, vel fide & simulate tantum orat? affirmabit se revera desiderare, vel desperatae est mentis; sed falso affirmabit: nam vox illa, sicut, quam interponit, manifestae hunc arguit falsitatis; cum enim suis non dimittat debitoribus, nec aliter sibi velit dimitti, quam sicut ipse dimittit, quid est nolle quod petit, nisi hoc sit? Et praclare Sapiens, homo homini reseruat iram, & a Deo quarit medelam: in hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Ipse cum caro sit, reseruat iram, & propitiationem petit a Deo: quis exorabit pro delictis illius? Quasi diceret, nihil pugnantius fingi potest, quam ut homini homo non parcat, & sibi a Deo parci perat!

Audebis verò etiam, impudice, Caestem rogare Patrem, ne te inducat in tentationem, in quam te ipsum effusè projecis? Cave id praesumas, cave id audeas, nam hoc aperte est irridere quem rogas; Deus autem impune non irridetur.

Restaret de pigro dicere, nisi de illo jam à Sapiente dictum esset, vult & non vult piger, quod tū maximè proficitur, cum petit à malo liberari. Vult enim quia petit, & tamen non vult quia piger est, & abscondit manum sub acella, nec ad os suum applicat eam, id est, illa praestare non vult quae de suo conferre debet cum divino praesidio, ut à malo liberetur. Pigrum desinit timor, hoc est, sic abicit, ut quantum vis velle videatur aliquid, non tamen velit, quia non facit, quod ille faceret, qui verè veller.

III. PUNCTUM.

QUI sibi ergo non contradicit in suis malis desideriis, sibi contradicit in bonis, vel certe nulla dici potest habere bona desideria: nam si quae sint bona, non est dubium quin septem orationis Dominicae petitionibus compræhendantur, ac si quando depromi debeant, cum vel illo maximè tempore, quo talis pro-

nuntiatur oratio: nam ut ait sanctus Cyprianus, intentione sincera Dominum debet non vocis sonus, sed animus & sensus orare, unde hoc primum rectè assentitur, quod si tum oranti sibi vitiosus contradicit, sibi contradicit in bonis desideriis; nonne id patet? At verò aliud non minus est evidens, quod ille ipse, qui est vitiosus implicitus, tum sibi oranti contradicit, cum unicuique petitioni suum sit oppositum vitium, quo fit ut corde neget quod affirmat ore; Quis hoc non videat, & quidem ipsum sibi tot se diversis modis opponere, quot habet vitia Dominicis opposita propositionibus? *Arguet te malitia tua.*

Et certe perniciofa malitia, quae vel omnino non sinet te orare, vel nisi fide & simulate, quod pejus est quam si penitus non orares, vellesne sic interdicti sacris omnibus, ut ipsa tibi Dominica vetaretur oratio, nec tibi plus relinqueres pietatis erga Deum, quam si Deum prorsus ignorares? Possentne fingi status isto melior? Et tamen, o deplorandam vitiosae mentis perniciem! si Deum oras in tuis illis vitiosis, quibus exuendis non vacas, miserius & damnosius est aliquid quam status ille qui extremam miseriam tibi videbatur attingere. Nam sic fide orando, vel cor tuum putas Deo notum vel ignotum; si putas ignotum, quem tu facis Deum? Deum nescientem! Deum ignorantem! o blasphemiam! Quod si Deo notum putas quod fingis, quem te ipsum facis qui hoc audeas? tu praesenti! tu scienti videntique Deo non verearis affingere, non erubescas illi dicere? Hoc est audacter provocare Deum. Sic Scriptura, sic Iob Deo plenus loquitur, sic Deus ipse sentit; *Ad iracundiam me provocavit Ephraim, in amaritudinibus suis.* Id est, in peccatis quae mihi valde displicent, vel quae fingit peccator aliquando sibi displicere. Quod est etiam accedere malignè ad Dominum, & cor habere plenum dolo & fallacia, quod quam sit capitale, plurius urget Sapiens.

Fide locutus est, vel semel Adonias Salomonis frater, quando Abisag Sunamitidem sibi uxorem dari petiit, quod cum sensisset Salomon, haec, inquit, faciat mihi Deus & haec addat, quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc; Et nunc viri Dominus quia hodie occidetur Adonias. Notanda verba illa, contra animam suam; nam & simul significant contra mentem id factum & contra salutem; quod evidentissimum est oranti vitioso accedere;

77.

128.

6.

13.

19.

28.

Jerem. 2.

Iob. 12.

Osee 12.

Eccles. 1.

3. Reg. 2.

dere, qui non semel, non una in re, non in re temporali aut civili; sed quoties septenas illas iterat preces, in quibus salutis nostræ summa vertitur, toties ille cōtra animā suam loquitur, contra mentem, contra salutem; *Oratio eius execrabilis, ORATIO eius in peccatum.*

Prov. 28.
Ps. 108.

Certè si duntaxat uni deesset petitioni sincera mens, si vel unum oranti adesset vitium, quod uni è septem adversaretur virtuti; solum hoc sufficeret ut quod ait sanctus Augustinus, tota penitus exhauriatur oratio; quanto magis id pavendum, quando vix unum deest, quin omnes simul ex æquo pessundentur precandi formulæ!

Quamobrem nō modò id manifestè patet,

quòd usque modò, nihil quidquam vitiosus petierit, quod sanè est luctuosum; sed quod sibi etiam graves accersiverit pœnas, qui contra animam suam tam sæpe tam audacter locutus est. Et quanti refert non in eo mori statum, in quo nullus sit orationis usus & fructus, tanti scito tua interesse, non in his vivere vitiis, quorum finis interitus, interitus fictionū, interitus precum, interitus salutis animæ.

Quæ de Oratione hinc plura suggeri possent. vide in sequenti Feria Rogationum.

Ad hæc verò Verba quæ supersunt ex Evangelio: *Ipse Pater amat vos quia me amatis*: Tota est hebdomada 3. Adventus in 1. parte, ubi de amore Christi.

HAC HEBDOMADÆ, conformes Myserio Ascensionis Domini Considerationes & Veritates, ex primo Capite Actuum Apostolorum eruuntur: atque his velut stimulis & motivis excitantur corda nostra, *ut quæ sursum sunt quarant & sapiant, ubi Christus est in dextera Dei sedens.*

FERIA SECUNDA. IN ROGATIONIBVS.

DE PRIMO MOTIVO COELESTIS Desiderii. Quod ibi promissum nobis sit Regnum Dei.

Præbuit seipsum vivum post Passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta, apprensens eis, & loquens de Regno Dei. Actuum 1.

VERITAS PRACTICA.

Quantam in te vim habet desiderium Regni Cœlestis, tantam tibi vim facies.

ni cœlestis, tantam tibi vim & violentiam facies: aut certè quantum deoris huic violentia, tantum & desiderio.

I. PUNCTUM.

RATIO est, quia quantam in nobis vim habet desiderium rei cuiuslibet, tam potens est & efficax, ut complectatur medium, quod ad eam obtinendam in primis est necessarium.

Sed ad Regnum cœlorum imprimis est necessaria vis & violentia nobis faciendæ.

Ergo quantam in te vim habet desiderium Reg-

TAMETSÌ Regnum illud, de quo cura Apostolis sãpissimè Christus egisse dicitur, possit Ecclesia intelligi, sive Religio Christiana, cuius sacramenta, præcipuasque ceremonias tunc ordinavit & suis observanda tradidit: quia tamen non alio fine militentem